REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 71r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



71

& non erit delectum in anima tua. Si spes acidie ascenderet sup
te nedere linquas domũ tuam. & non decliues intẽpore tristitie
Sicut enim quis confringat argentum. sic splendidum fiet cor tuũ.
si perseuerauerit. Spm̃ tedii abigunt lacrime. spm̃ autem tristitie con
tribulant orationes. Sapiens diuitias sollicitus erit multum. & am
plectens illas lugebit amarissime. Non remoretur diu scorpio
in sinu tuo. sic nec cogitatio mala in corde tuo. Occidere ienimina
serpentium ne pareas. & non parturiet cogitationes eorum. Sicut
enim aurum & argentum probat ignis. sic cor monachi tẽptatio.
Aufer a te supbiam. & uanam glam longe facito a te. Qui tepta pri
uatur gla contristabitur. atqui ut adeptus est fit supbus. Ne de
deris supbiam cordi tuo. & ne dixeris in conspectu dni potens sum.
ut non dns derelinquat animã tuã & maligni demones humiliet
illam. Tunc enim de hac re conturbabunt te inimici. nationes autem
terribiles suscipient te. Conuersatio monachi custodia & scientia. Qui
autem discedit a bea incidit in latrones. De petra spiritali manat fluuius.
anima autem bene agens bibit exeo. Vas electionis anima munda. in mun-
dus autem replebitur amaritudine. Absq; lacte non enutritur infans.
& sine inpassibilitate non exaltabitur cor. Caritate antecedit inpassibi-
litas. scientiam autem precedit dilectio. scientia adiuuatur sapientie. In-
passibilitate ut generat prudentia. timor dni generat sapientiam. fides
autem xpi donat timore di. sagitta candens incendit animã. Vir autem
operator boni extingue eam. clamor & blasphemia auertit scientiam
sermones autem dolosos fugit sapientia. Suauis est mel & dulcis fauus.
scientia autem di dulcior ambobus. Audi monache sermones patris tui.
& ne irritas facias eruditiones eius. Cum miserit te obaudies & quantum
ad mentem comitare cum eo. Hoc enim modo effugies cogitationes malas. & ma
lignis demones non preualebunt aduersum te. Si credideris tibi pecu
iam. non dispergas illam. & si superatus fueris. non detineas apud te
Malus dispensator contribulauit animas fratrũ. & memor malitie non
misereberitur eorum. Qui dispgit substantiam monasterii fraudat dnm.
& qui negligit eam non erit inpunitus. Iniquus dispensator distribuit
male. iustus autem ut dignum est dabit. Qui loquitur male de fratre